



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 134. Aliæ ejusdem Pontificis Constitutiones.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](#)

Sæc. XVII cussis virtutibus, & miraculis, quibus  
A. C. 1668. Rosa de S. Maria Virgo Limana tertii

Ordinis S. Dominici in vita & post mor-  
tem inclaruit, Clemens IX. Pontifex  
Maximus ad preces Hispani Regis, Re-  
ginæ Viduæ, & totius Ordinis Domi-  
nicani indulxit, ut eadem in toto ter-  
rarum Orbe imposterum *Beatae* nomine  
nuncupari, ejus Corpus ac Reliquie  
venerationi fidelium exponi, ac de ea  
sub ritu, ut vocant, dupli Officium  
& Missa ab utroque Clero Hispano, &  
*Austriaco* celebrari possit: Praesixtus  
celebritati diem vigesimam sextam Au-  
gusti. Die autem vigesima sexta Juli  
anno hujus saeculi septuagesimo Cle-  
mens X. hanc gratiam etiam ad Polonie,  
Lithuanie, Russie, Borussia,  
ceterumque Poloniæ dominiorum Clie-  
rum, demum vero die vigesima septi-  
ma Augusti ad omnes totius Orbis  
Clericos extendit.

### §. CXXXIV.

*Alice ejusdem Pontificis Constitutiones.*

Bull. l. c.  
Const. 19.  
§ seqq.

Præter hoc Beatificationis decretum  
insuper idem summus Pontifex plu-  
res edidit Constitutiones, quas inter  
die vigesima octava Martii indulxit, ut  
Cardinales etiam de bonis, redditibus  
& emolumentis Ecclesiasticis, necnon

de fructibus non consumptis, aut non Sæc. XVII.  
commixtis cum aliis eorum bonis li- A. C. 1668.  
bere testari valeant, quantum vero per  
hanc testandi facultatem laudabilis  
priscusque bona ex Ecclesiis hausta in  
pios usus, & Ecclesiæ decorem con-  
vertendi fervor elanguerit, testantur  
Romæ tot Nosocomia, tot Ecclesiæ &  
Domus in pauperum, oppressorumque  
levamen antiquis temporibus ædificata,  
ac fundata, cum tamen bona relicta no-  
vissimis hisce temporibus raro admodum  
in pios ejusmodi usus, sæpius vero  
in familiarum augmentum, Palatia,  
& hortos, equos & canes convertan-  
tur. Die autem undecima Aprilis idem  
Pontifex Congregationem jam ab In-  
nocentio X. institutam confirmavit, quæ  
Regularium negotia discuteret, ac di-  
judicaret. Cum vero Clemens VIII.  
prohibuisset, ne fratres Minimi, quam-  
diu ob infirmitatem cibis Paschalibus  
vescuntur, e suis monasteriis egredian-  
tur, Clemens IX. hoc decretum ita  
temperabat, ut prædicti infirmi de con-  
filio Medici & cum Superiorum licentia  
ad Balnea sese conferre possint. Insu-  
per Ord. FF. Carmelitarum Generali  
Papa die vigesima Julii concessit, ut  
suis Fratribus Magistri honore insigni-  
tis Doctoratus Lauream conferre valeat.  
Præterea Jesuitis indulxit, ne deinceps  
quo-

Sæc. XVII quovis Novennio Congregationem, quam  
A. C. 1668. Alexander VII. præscripserat, celebante  
teneantur, eoquod, exponeate Generali, ejusmodi Congregationes Societatis Constitutionibus aduersentur, & occurribus necessitatibus jam aliunde per triennales Congregationes ab  
unde provisum esset, & ingentibus expensis, vitæque periculis pauperes, senes, & primarii Provinciarum Societatis in ejusmodi itineribus exponerentur, atque ex horum absentia relaxaretur disciplina religiosa. Denique pro Christi fidelibus Italiae & Status Ecclesiasticus die vigesima sexta Septembris, & tercia Octobris indulgentias plenarias concessit, ut divinum imploraretur auxilium pro tuenda urbe & Regno Cretensi versus Turcas, & pro felici compositione negotiorum in Regno Poloniae.

### §. CXXXV.

#### *Diversæ S. Congregationum decisiones.*

*Decis. S.  
Congr. Im-  
mun. Conc.  
Rit. Et.* Post hasce Constitutiones Apostolicas ejusdem Pontificis jussu Sacrae etiam Congregationes Romanæ via immunitatis Congregatio exerto in Consentina Ecclesia dubio die vigesima quarta Januarii decidit, quodsi bonis Menfis